



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioan. Petri Maffei, Bergomatis, E Societate Iesv,  
Historiarvm Indicarvm Libri XVI.**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Antverpiae, 1605**

Bazainvm Vrbs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11473**

ac pomis eo tempore vicitur. Lingua cognitu difficultissima, nec ullum habet cum Arabica Æthiopicave commercium. Litterarum usus apud eos nullus omnino. Maurum habent Xeguem, siue præfectum, qui ab incolis valde timetur, tametsi neminem vi ad Maurica sacra compellat. Ita porrò de se magnificè sentiunt, ut nullam aut terram aut virtutem rationem sua vel meliorem vel beatiorum existimant. ad quos e Societate duo, rei Christianæ causa, profecti, sua statim febri in summa egestate ac solitudine uterque correptus, alter etiam extinctus est.

## BAZAINVM VRBS.

**N**ec Bazaini, Societatis Collegium deest, eiusdē Lusitaniae Regis beneficentia constitutum. Ibi tū iuventute humanioribus litteris excolenda, tum cæteris omnibus ad Christum vocandis præclarè admodum opera ponitur. nam & adolescentes quam egregia sint indole atque ingenio prædicti, vel unus Brachmanis primarii filius declarauit, annos circiter septemdecimi natus: qui cùm iam litterarum Indicarum duo genera vel tria teneret, Arithmeticæque peritissimus esset suæ: litteras nostras & legere & scribere mensis unius spatio perdidicit; nunc autem Arithmeticæ nostræ vacabat: idem pietatis ac religionis laude ita præstans, ut reliquos ipse ad virtutem atque officium hortaretur.

## TANAA OPPIDVM.

**T**anaa est oppidum à Bazaino passuum millia sexdecim, vbi etiam Socii aliquot ingētem Christianorū numerum partum ab se ruentur atque augent. Ad eos venit è remota continentis regione senex, annū, ut videbatur, agēs propè octogesimū, ita deformatus & squalidus, adeò torrida cute & strigosa, ut anachoretam referret pellibus camelinis induitū. Is ędes Sociorū ingressus, ait velle se fieri Christianum. edisserit illi ex iis quidam pro captu hominis summatim articulos fidei, deinde quatit, optime ex animo Christianus esse. Cui senex: Atqui nullam (inquit) aliam ob causam hucusque contendit. Crede igitur, (inquit Socius) sistitque eum ad sacrarissimæ virginis, puerum I E S V M inter uinas habentis, imaginē pictā in tabula. quā senex ut vidit, summa animi iucunditate ilico amplecti, puerū Iesū venerabūdus ex osculari, tū vehementer petere, ut nulla interposita mora baptizaretur:

Brath-  
manis ad  
dolescētis  
ingeniū  
ac pietatis

Senex &  
annos n.  
tus e con-  
tinēte ad  
Socios fi-  
dei cau-  
sa profi-  
ciscitur.